



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 108. Decessus Ferrarii & Fariasii ex Ordine Carmelitarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. plura alia tam Historica, quam Ascetica, & Philosophica opuscula Barcinone edita. Pariter ex fructibus Evangelici sui laboris, quo barbaris in America septentrionali & meridionali, atque in Provinciis Hispano imperio subiectis Evangelium annuntiabat, prodiit elegans ipsius liber de *Prædicatione Evangelii in novo Orbe ab adventu Apostolorum, necnon de Monarchia Peruvana præter originem Indorum in novo orbe & Indiis Occidentalibus*. Non minus celebratur Joannis Fernandez Aragonii commentarius Romæ impressus in librum Ecclesiastes, in quo vulgata ad verbum [cum textu Hebraico confertur, eamque omnes alias versiones excellere comprobatur. His adjicimus Josephum a S. Maria Lusitanum & Petrum Locatellum, quorum prior librum de libero arbitrio, posterior commentaria in Divum Thomam, & sermones varios edidere.

§. CVIII.

Decessus Ferrarii & Fariasi ex Ordine Carmelitarum.

Bibl. Script. Carmel. Ex Ordine Carmelitarum plures hoc anno decessere editis lucubrationibus clari, ex quibus præcipue emittit Cherubinus Ferrarius Mediolanensis, Gui-

Guiljelmi Mantuæ Ducis Theologus, Sæc. XVII.
 ac Doctor, qui Apostolici Palatii Con- A.C. 1625.
 cionator edidit præclaros sermones in
 Evangelii verba, & Sanctos: Scripsit
 quoque stylo oratorio tractatum, quo
 hæreticos e Valle Telina armis ejicere,
 sanctum æquumque esse comprobabat,
 præter aliam orationem de fide Chri-
 stiana, ob quam militum nonnulli pu-
 blice hæresin suam ejurarunt: Exstant
 quoque variis typis excusa plusquam
 triginta ipsius opuscula partim Histo-
 rica partim Exegetica, Philosophica,
 & pœtica. Alter erat Blasius de
 Farias patria Lusitanus ex nobili ge-
 nere ortus, qui eruditum conscripsit
 tractatum *de cæremoniis Missæ*, præter
Sancti Brunonis vitam, & *brevem latinæ*
linguæ artem &c. Obiit Evoræ die quin-
 ta Aprilis.

§. CIX.

Sibrandus Lubertus, Abrahamus
Scultetus, alique ex A catholicis
Scriptoribus hoc anno
defuncti.

Nonnulli etiam ex Sectariis, qui hoc *Inter epist.*
 anno obiire, ingens apud suos no- *Remonstr.*
 men sibi peperere; hos inter primo *p. 549. &*
 loco recensendus venit Sibrandus Lu- *565.*
 bertus Longwordiæ in Frisia natus, *Bel. Diç.*
t. p. 1906.
Hist. Eccles. Tom. LVIII. Z cui